

No. 307. 1489. 4. Mai.

Andreas Thettelbach Probst, Johannes Koel Prior, Nicolaus Kempnicz Senior, Petrus Hennigk Cantor und Custos und der ganze Convent beurkunden, quod — Vincentius Rodis perpetuus ecclesiae Misn. vicarius speciali erga nos motus affectu caritatis ob laudem dei omnipotentis eiusque genitricis virginis Mariae ac animae suae parentumque et progenitorum necnon fratrum et sororum salutem nobis et pro nostro monasterio dedit — sex florenos Rynenses in auro annui census emptos — pro cxx florenis Ryn. in auro, prout in littera desuper confecta et apud consulatum civitatis Misne, eo quod idem consulatus huiusmodi census emonere et exigere et nobis annuatim pro nostro vestitu ministrare debeat, reposita latius continetur, ac insuper unum pacificale argenteum deauratum in valore et aestimatione decem florenorum Ryn. una pariter nobis praesentavit —. Promittimus singulis secundis feriis perpetuis futuris temporibus mane post missam de compassione gloriosae et intemeratae virginis Mariae, quae ad altare eiusdem virginis gloriosae in introitu ecclesiae iuxta ciborium in nostro monasterio situm celebranda et ad notam cantanda est instituta, unam missam pro defunctis — ad altare s. crucis ante chorum situm incipere celebrare similiter et ad notam usque ad ‚Sanctus‘ inclusive decantare ac deinde legendo conficere, nisi aliquod festum maius — sub eadem hora propriam habens missam decantandam rationabile et evidens praestaret impedimentum, quod si contigerit, ex tunc in ipsa eadem missa pro tunc decantanda collectam pro omnibus fidelibus defunctis imponere et in fine eiusdem missae antiphonam ‚sancta Maria succurre miseris‘ cum versiculo et collecta de domino decrevimus decantare. Sie versprechen ferner das Jahresgedächtniss des Vincentius und seiner Eltern an einem geeigneten Tage bald nach dem Feste des h. Augustinus zu begehen, in qua quidem die quilibet praepositus existens ad providendum fratres cum uno speciali bono ferculo per modum pietantiae iuxta consuetudinem monasterii debet esse astrictus &c. Datum et actum a. d. M. CCCC. LXXXIX feria secunda post festum ss. Philippi et Jacobi apostolorum.

Nos dei et apost. sedis gratia Johannes episcopus Misn. quia donationem ex una et obligationem partibus ex altera sic ut praemittitur factas laudabiles recognovimus et iustas — confirmamus etc. Datum et actum anno domini et die quibus supra.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den Siegeln der bischöfl. Curie, des Probsts u. des Convents zu St. Afra.

No. 308. 1489. 4. Mai.

Johannes Falkenhayn praepositus canonicorum regularium monasterii sancti Thomae in Liptzk ordinis s. Augustini et praesidens monasteriorum ordinis eiusdem *thut kund, wie der Probst zu St. Afra Andreas Thettelbach angezeigt habe, dass der ewige Vicar der Domkirche Vincentius Rodis 6 rhein. Goldgülden jährl. Zins für 120 rhein. Goldgülden erkaufte und dem Afrastift zu einer alle Montage zu haltenden Seelmesse und zu seinem und seiner Eltern Jahresgedächtniss zugeeignet habe, sowie dass er mit Zustimmung des B. Johann verkauft habe domino Johanni Hennigk praedicatori praefatae ecclesiae Misn. et praedicto domino Vincentio ac ad fideles manus consulatui civitatis Misne decem flor. Rh. in auro annui census pro ducentis flor. Rh. super bonis et redditibus dicti sui monasterii in via reemptionis, supplicans quatenus et nostrum super praemissis dignaremur praebere consensum. Nos attendentes praefatum monasterium certis debitis et aliis incomodis nunc esse detentum, nostrum consensum super his dedimus ac donamus per praesentes, ita tamen quod praefatos decem flor. — elapsis quatuor annis redimere debeat et liberare &c. Datum Liptzk anno dom. M CCCC°. octuagesimo nono feria secunda post ss. Philippi et Jacobi apostolorum.*

Nach dem Chart. monast. s. Aefrae II. fol. 218.